



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 82. Rex a Connestabili regno excedere parante delusus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

jestatis tuæ salutatio & liberalitatis tuæ, ac clementiæ sponsio tanti mali timorem mihi penitus adimat, eapropter juro ac protestor coram Deo, quod Sacræ Majestati tuæ tum in Italia, tum alibi, ubicunque me tibi vocare placuerit, integra fide tanquam subditorum tuorum devotissimus mea tibi obsequia sim impensurus. Rex Connestabilem suis monitis devictum existimans, in ejus amplexus ruens, se haud ultra culpæ memorem fore jurabat, eumque monabat, ut suæ tantum valetudinis curam haberet, ac Lugdunum pergeret, cum ejus præsentia ad ducendum exercitum suum oppido necessaria foret, proin ipsum ibidem præstolaretur. Spondebat Connestabilis, se eo lectica delatum iri; nec fidem fefellit, quippe paucis post Regis discessum diebus itineri se accinxit, comitante eum Wartienfi Toparcha, quem Rex eo ex fine ibidem reliquerat.

## §. LXXXII.

*Rex a Connestabili regno excedere parante delusus.*

Attigerat Paliciam Connestabilis, ubi eundem Wartiensem ablegavit, ut Regi suscepti itineris notitiam deferret, simulque significaret, se adeo viribus fractum

Sæc. XVI.  
A.C. 1523.

Sæc. XVI. fractum esse, ut tardius se adventurum,  
 A.C. 1523. merito timeret: Reapse autem Conne-  
 stabilis ingravescentis morbi obtentu  
 Chantelles usus Chantellam, locum munitissimum,  
 ubi pretiosiora quæque collecta habe-  
 bat, ad palatium suum sese contulit.  
 Re comperta, Rex se a Connestabili de-  
 lusum, eumque e Regno exiturum, sat  
 aperte prospiciebat, quocirca Sabaudia  
 Nothum & Chabannium Marecallum  
 confestim cum quadringentis Lancea-  
 riis & quatuor peditum millibus able-  
 gavit, ut Connestabilis arcem cingerent.

## §. LXXXIII.

*Plures Connestabilis amici capti.*

*Mem du  
 Bellai l. 2.  
 Marillac.  
 hist de Bour-  
 bon.*

Insuper Connestabilem comprehendi  
 Rex jubebat, moxque non pauci No-  
 biles, in quos conjurationis suspicio ca-  
 debat, capiuntur, inter quos ipse quo-  
 que San-Vallerius centuriæ ex Nobili-  
 bus regio genere claris conflatae Tribu-  
 nus, Boissius Palicei Marecalli frater,  
 Vauguyonius, & Aymardus de Prie e-  
 rant. Connestabilis hujus violentiæ pri-  
 mo ignarus, quamprimum Chantellam  
 advenerat, Jacobum Heraldum Augu-  
 stodunensem Episcopum ablegabat, u-  
 nacum epistola, in qua Regi significa-  
 bat, quod ipse quidem satis amplam de  
 valetudinis suæ statu notitiam per War-  
 tien-